Quelle: http://manuscripta.at/?ID=506
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



40

illam dispositionem quadrinam pulcritudinem imitat. laudatores
suos unusalut quasi. i. sive superiores. sive superiores tales fiant
ut digni sunt. et lumen divinum percipere et luce et lumine. spe-
cialiter autem quosdam ita mundos efficit. ut sint capaces principa-
lis luminis. et immediate illuminentur a deo. ac deinde ad
eos qui secuntur per se. et dignitate superiores sunt subsellum suum
diffudant. copiose quidem et habundantia perceptionis primae.
secundum participationem ministrantes, seruata dumtaxat lege di-
uina in qua unicuique preceptum est. quod ut quantum aut cui et dono
gratie sit processo debeat impiri. Nam qua sine lege diuina. i. ea
dispensatione diuina qua dona gratie inparticipes largiuntur
secundum mensuram certam. et proportionem tribuuntur. et assignantur of-
ficia. ut sciat unusquisque quantum sit licitum. secundum ministerium assig-
natum nichil fieri licitum manifestat cum subdit. Nam fas est secundum
perfectorib;. ac sacre perfectis operari quod omnino. pertinet propria hostiarum
ministeria. aut sacras ordinationes. Ac si dicat. Propterea hi qui in or-
dine ierarchiarum superiores sunt secundum diuinas leges lumina sua
ad inferiores transfundunt. quia fas non est. hi est licitum omino
operari aliquid sive sacre perfectoribus. i. his qui alios insecitate
efficiunt. aut sacre perfectis. i. his qui a aliis insecitate effici
untur. pertinet propria hostiarum ministeria. i. propria gratiarum dona. et propias
sacras ordinationes. i. sacros ordines unicuique proprios assigna-
tos. Nam sine gratia operari uanum est. pertinet ordine operari aut pertinet
puersum. Habent namque singuli propria dona. secundum que ua-
leant operari et ordines proprios secundum quos debeant operationem
suam moderari. propterea necesse est. ut studeat unusquisque quam
accepit gratiam agnoscere. ne incipiat presumere in eo quod non potest,
et officium proprium ordinemque adtendere. ne audeat transgredi
in eo quod non debet. Hunc namque ordinem diuine dispensatio-
nis diligenter seruandum esse petrus apostolus admonet dicens.
Unusquisque sicut accepit gratiam. in alterutrum administrantes.
Et paulus apostolus et ceteri qui hanc diuinam ordinationem. et dis-